

Item, quod bona, jura, possessiones vel terrae, aquae, sylvae, vel territoria post serenissimi principis domini Vladislai regis obitum occupata vel occupatae, quea in causa aut evocatione aliqua non sunt rescita primum proemium et comperta ab universitate nobilium per comites, vicecomites ac judices nobilium mera rei superinde veritate ad ammunitionem eorumdem comitum ac eorumdem vicecomitum et judicialium eorum comitatuum in quibus occupationes ipsae factae sunt, per unum vel duos ex eis fiendam, per quoslibet dominos ac nobiles, sub poena factae potentiae minorum statim remittantur. Alioquin, si quispiam per eosdem comites, vicecomites ac judicialium ad remittendum admonitos temere remittere recusarunt, Regia Majestas habeat eum veluti in capitali sententia et non in facto minoris potentiae convictum, propter rebellionem suam ad litteras comitum ac vicecomitum et judicialium executioni fieri demandet contradictione, inhibitione que illius non obstante. Evacuationes vero superinde jam forsitan factas si quis voluerit cum onere consueto deponere et modo praemisso in facto occupationis ipsius procedere, poterit.

Item, quod universi jobagiones, durante transacta expeditione, usque in eo, et cum per prius post rusticam seditionem per quoscumque male abdueti vel qui alias motu eorum proprio contra dominorum voluntatem discesserunt, ac propria ex nunc de facto sub poena in decreto pro festo beati Luciae emanato, anno salutis 1514, edito expressa, statim remittantur atque reddantur. Et si qui per judices nobilium requisiti id modo fuerint, Maiestas Regia contra tales quoque, ad litteras comitum aut vicecomitum et judicialium executionem faciat.

340\* Si vero vel vicecomites, vel comites soli fuerint in causa, ex tunc contra eos in praemissis duobus casibus scilicet novae occupationis et jobagionum abductionis ac retentionis universitas, nobilium effective procedat et Majestati Regiae rei seriem pro executione rescribat. Si vero universitas quoque nobilium favori forsitan comitum, vel vicecomitum allecta ac punire facere recusaverit, ex tunc Regia Majestas ad supplicationem laesi et damnificati homines de curia sua spetiale mittat hominem, qui, comperta rei veritate, executionem praemissam peragat.

Item, quod Regia Maiestas provideat efficiatque apud vicinos Principes fratres scilicet et affines suos, jobagiones et rustici hujus Regni in confinibus signanter residentium metu praemissae contributionis ad eorum regna, principatus et dominia transmigra-

re (*non*) patientur. Et si qui rusticorum illac se contulerint, illos monituros iterum reddantur. Nam aliter confinia illa procul dubio desolabuntur. De Moravia et Schlesia, Maiestas Sua hoc idem facere dignetur.

Item, quia plures restantiae pecuniarum ad gentium conservationem justa constitutiones et articulos bacienses superioribus annis dicatorum in plerisque comitatibus, partim apud dicatores ad id tune in eisdem comitatibus deputatos, partim vero ad manus comitum ac vicecomitum manus remanserunt, quas nec miseris colonis a quibus illas extorserunt, nec dominis eorum terrestribus assignaverunt. Qui quidem thesaurarii, ingentes pro regni defensione, conservatione plures expensas fecisse perhibent (*ante*) quam pecuniae ad eorum manus devenissent, propterea dicatores in singulis comitatibus ad praesentem contributionem proxime deputatam tempore processus eorum restant in singulis villis et aliis locis sub juramento judicum tunc existentium, vel illis decendentibus, ab eorum juratis civibus, quantam pecuniarum summam de utriusque contributione centum denarios tunc connumerata dicatoribus vel comitum ac judicialium manibus assignarunt, thesaurarii et ipsi priores fideliter summam de singulis comitatibus eisdem administratam ad cunetos Regni comitatus ex nunc rescribant, et quiequid restantiarum inter haec duo scilicet thesaurarium et dicatores et vicecomites judicesque nobilium reperierint, ab eisdem sine defectu exigere et cum subsidio ac censu ex nunc dicando seorsum tamen ad manus modernorum regni thesauriorum praesentare assignareque teneantur quicquid thesaurarii, posita primum cum prioribus thesaurariis recta ratione summam illam, qua eisdem regnum istud debere tenerique agnoverint reddere. De residuo vero restantiarum ipsarum creditum reverendissimi domini episcopi Jauriensis et aliorum dominorum quod oratoribus in urbem ex Bacia destinatis mutuo mutuo dederat persolvant; et si quid adhuc reliquum fuerit, ad Regni necessitates pro expeditione praedicta et praemissa convertatur. Rebels vero qui restantias ipsas reddere nollent, 341 comites ac vicecomites et judicialium, tales etiam per occupationes bonorum suorum ad restituendum compellant. Si autem soli comites ac vicecomites fuerint in causa non solutionis ipsarum restantiarum, vel præ manibus ipsorum forsitan habeantur, ex nunc dicatores moderni Regiae Maiestatis fideliter, prout sub juramento tenentur, rescribere debeant et Maiestas Regia illos per dictam occupationem bonorum suorum ad reddendum astringat.